





FITTING

GRUNDRISS ZU VORLESUNGEN UBER
ROMISCHEN CIVILPROCESS

1863

Grundriß

zu

Vorlesungen

über

römischen Civilprozeß.

Für das Bedürfniß seiner Zuhörer bestimmt

von

Dr. Hermann Fitting,

Professor der Rechte zu Halle.

Grundriß

zu

Vorlesungen

über

römischen Civilproceß.

Für das Bedürfniß seiner Zuhörer bestimmt

von

Dr. Hermann Fitting,
Professor der Rechte zu Halle.

Halle,
C. E. M. Pfeffer.
1863.

ıleitung. §. 1.

Erster Abschnitt.

Der römische Civilproceß bis zum Ende der heidnischen Kaiserzeit.

Erstes Kapitel.

Die Gerichtsverfassung.

Die rechtsprechenden Magistrate. §. 2.

, Iudices.

A. Ueberſicht. §. 3.

B. Im einzelnen.

1) Die Decemviri und Centumviri. §. 4.

2) Die iudices, arbitri und recuperatores. §. 5.

I. Ort, Zeit und Gestalt der Rechtspflege. §. 6.

1. **Rem ubi pagunt orato; ni pagunt, in comitio aut in foro ante meridiem causam coniicito.** (Auctor ad Herenn. II, 13 §. 20).
2. **Ante meridiem causam coniicito, quom perorant ambo praesentes. Post meridiem praesenti stlitem addicito. Sol occasus suprema tempestas esto.** (Gellius XVII, 2 §. 10).

Zweites Kapitel.

Das Verfahren.

Das ordentliche Verfahren.

A. Einleitung des Verfahrens. §. 7.

Gai. IV, 183—187.

1. **Si in ius vocat, ni it, antestator; igitur em capito. Si calvitur pedemve struit, manum endo iacito.** (Vgl. Porphyrio ad Horat. Sat. I, 9 v. 76, Cicero de legg. II, 4 §. 9, Lucilius Sat. XVII, Festus v. Struere.)
2. **Si morbus aevitasve vitium escit, qui in ius vocabit iumentum dato; si nolet, arceram ne sternito.** (Gell. XX, 1 §. 25).
3. **Assiduo vindex assiduus esto; proletario quoi quis volet vindex esto.** (Gell. XVI, 10 §. 5).
4. Quando autem in ius vocatus fuerit adversarius, ni eo die finitum fuerit negotium, vadimonium ei faciendum est, id est ut promittat

se certo die sisti. Fiunt autem vadimonia quibusdam ex causis p id est sine satisdatione, quibusdam cum satisdatione, quibus iureiurando, quibusdam recuperatoribus suppositis, id est ut qui steterit, is protinus a recuperatoribus in summam vadimonii demnetur; eaque singula diligenter praetoris edicto significan (Gai. IV, 184, 185).

B. Verhandlungen in iure.

A. Im allgemeinen. §. 8.

1. Certum confessus pro iudicato erit, incertum, non erit. (Ulpi in L. 6 pr. de confessis 42, 2).
2. Iusiurandum vicem rei iudicatae obtinet non immerito, quum ipse iudicem adversarium suum de causa sua fecerit deferendo ei iu randum (Ulpian. in L. 1 pr. quar. rer. actio 44, 5).
3. Actiones, quas in usu veteres habuerunt, legis actiones appellal tur, vel ideo quod legibus proditae erant, quippe tunc edicta p toris, quibus complures actiones introductae sunt, nondum in habebantur, vel ideo quia ipsarum legum verbis accommodatae e et ideo immutabiles proinde atque leges observabantur; unde cum de vitibus succisis ita egisset, ut in actione vites nominaret, res sum est eum rem perdidisse, quia debuisset arbores nominare quod lex XII tabularum, ex qua de vitibus succisis actio compete generaliter de arboribus succisis loqueretur. (Gai. IV, 16).
4. Lege autem agebatur modis quinque: sacramento, per iudicis po lationem, per condictionem, per manus iniectionem, per pignoris ptionem. (Gai. IV, 17).
5. Sed istae omnes legis actiones paulatim in odium venerunt; nam ex nimia subtilitate veterum, qui tunc iura condiderunt, eo res ducta est, ut vel qui minimum errasset, litem perderet; itaque legem Aebutiam et duas Iulias sublatae sunt istae legis actiones ctumque est, ut per concepta verba, id est per formulas litigaren Tantum ex duabus causis permissum est lege agere, damni infect si centumvirale iudicium fit — — — cum ad centumviros itur, lege agitur sacramento apud praetorem urbanum vel peregrinum re; damni vero infecti nemo vult lege agere, sed potius stipulati quae in edicto proposita est, obligat adversarium — —, quod commodius ius et plenius est. (Gai. IV, 30, 31).

B. Insbesondere.

1) Die legis actiones.

a) Die legis actio sacramento. §. 9.

Gai. IV, 13—17.

Si in rem agebatur, mobilia quidem et moventia, quae modo in adferri adducive possent, in iure vindicabantur ad hunc modum: vindicabat, festucam tenebat, deinde ipsam rem adprehendebat, v hominem, et ita dicebat: **Hunc ego hominem ex iure Qu tium meum esse aio secundum suam causam, sicut d Ecce tibi vindictam imposui**, et simul homini festucam imp bat; adversarius eadem similiter dicebat et faciebat; cum ute vindicasset, praetor dicebat: **Mittite ambo hominem**; illi mi

bant; qui prior vindicaverat, ita alterum interrogabat: **Postulo, anne dicas, qua ex causa vindicaveris**; ille respondebat: **Ius peregi, sicut vindictam imposui**; deinde qui prior vindicaverat, dicebat: **Quando tu iniuria vindicavisti, quinquies centum aeris sacramento te provoco**; adversarius quoque dicebat: **Similiter ego te** — seu quinquaginta asses sacramenti nominabant —; deinde eadem sequebantur, quae cum in personam ageretur; postea praetor secundum alterum eorum vindicias dicebat, id est interim aliquem possessorem constituebat, eumque iubebat praedes adversario dare litis et vindiciarum, id est rei et fructuum; alios autem praedes ipse praetor ab utroque accipiebat sacramenti, quod id in publicum cedebat. Festuca autem utebantur quasi hastae loco, signo quodam iusti dominii, quod maxime sua esse credebant, quae ex hostibus cepissent; unde in centumviralibus iudiciis hasta praeponitur. (Gai. IV, 16).

b) Die übrigen legis actiones. §. 10.

Gai. IV, 18—29.

2) Der Formularproceß.

a) Bestandteile und Verschiedenheit der formulae.

α) Ordentliche Bestandteile der formulae. §. 11.

Gai. IV, 39—44.

β) Verschiedenheit der formulae mit Rücksicht auf diese Bestandteile.

αα) Formulae in ius conceptae. §. 12.

1. Sed eas quidem formulas, in quibus de iure quaeritur, in ius conceptas vocamus, quales sunt, quibus intendimus **nostrum esse aliquid ex iure Quiritium** aut **nobis dare oportere** aut **pro fure damnum** [**decidere oportere**; in] quibus iuris civilis intentio est. Ceteras vero in factum conceptas vocamus, id est in quibus nulla talis intentionis conceptio est, [sed] initio formulae nominato eo quod factum est, adiiciuntur ea verba, per quae iudici damnandi absolvendive potestas datur; qualis est formula, qua utitur patronus contra libertum, qui eum contra edictum praetoris in ius vocat; nam in ea ita est: **Recuperatores sunto. Si paret, illum patronum ab illo liberto contra edictum illius praetoris in ius vocatum esse, recuperatores illum libertum illi patrono sestertium decem milia condemnate; si non paret, absolvite.** (Gai. IV, 45, 46). Vgl. Gai. IV, 47. (Text 1 zu §. 13).
2. Omnium actionum, quibus inter aliquos apud iudices arbitrosve de quacunque re quaeritur, summa divisio in duo genera deducitur: aut enim in rem sunt, aut in personam. Namque agit unusquisque aut cum eo qui ei obligatus est vel ex contractu, vel ex maleficio, quo casu proditae actiones in personam sunt, per quas intendit, adversarium ei dare facere oportere, et aliis quibusdam modis; aut cum eo agit, qui nullo iure ei obligatus est, movet tamen alicui de aliqua re controversiam, quo casu proditae actiones in rem sunt. (§. 1 I. de action. 4, 6). Vgl. §. 13 eod.: Praeiudiciales actiones in rem esse videntur.
3. In personam actio est, qua agimus, quotiens cum aliquo, qui nobis

vel ex contractu vel ex delicto obligatus est, [contendimus], id cum intendimus: **dare, facere, praestare oportere.** In actio est, cum aut **corporalem rem** intendimus **nostram es** aut **ius aliquod nobis competere**, velut utendi, aut utendi fruei eundi, agendi aquamve ducendi vel altius tollendi vel prospicien item actio ex diverso adversario est negativa. (Gai. IV, 2, 3). 2 Ulpian. in L. 25 pr. de O. et A. 44, 7.

4. Actionis verbum et speciale est et generale. Nam omnis actio citur, sive in personam sive in rem sit petitio; sed plerumque act nes personales solemus dicere, petitionis autem verbo in r actiones significari videntur. (Ulpian. in L. 178 §. 2 de V. S. 50, l

5. Appellantur autem in rem quidem actiones vindicationes, in p sonam vero actiones, quibus **dari fierive oportere** intendim condictiones. (Gai. IV, 5). Vgl. §. 15 I. de action. 4, 6, L. pr. de O. et A. 44, 7.

6. Illud satis apparet, in incertis formulis plus peti non posse, qu cum certa quantitas non petatur, sed **quidquid adversarium da facere oporteret** intendatur, nemo potest plus intendere. Id iuris est et si in rem incertae partis actio data sit, velut si he **quantam partem** petat **in eo fundo, quo de agitur, pare ipsius esse**, quod genus actionis in paucissimis causis dari sol (Gai. IV, 54).

7. Actionum autem quaedam bonae fidei sunt, quaedam stricti iur Bonae fidei sunt hae: ex empto vendito, locato conducto, negotiori gestorum, mandati, depositi, pro socio, tutelae, commodati, pig ratitia, familiae erciscundae, communi dividundo, praescriptis verb quae de aestimato proponitur, et ea, quae ex permutatione compe et hereditatis petitio (quamvis enim usque adhuc incertum erat, si inter bonae fidei iudicia connumeranda sit, sive non, nostra tam constitutio aperte eam esse bonae fidei disposuit). Fuerat antea rei uxoriae actio ex bonae fidei iudiciis. (§. 28, 29 I. de action. 4, (

8. Sunt autem bonae fidei iudicia haec: ex empto vendito, locato co ducto, negotiorum gestorum, mandati, depositi, fiduciae, pro soc tutelae, rei uxoriae, commodati, pignori dati, [familiae erciscund communi dividundo, praescriptis verbis]. (Gai. IV, 62).

ββ) Formulae in factum conceptae. §. 13.

Sed ex quibusdam causis praetor et in ius et in factum concep formulas proponit, velut depositi et commodati; illa enim formu quae ita concepta est: **Iudex esto. Quod Aulus Agerius ap Numerium Negidium mensam argenteam deposuit, qua re agitur, quidquid ob eam rem Numerium Negidium Au Agerio dare facere oportet ex fide bona, eius iudex Nu rium Negidium Aulo Agerio condemnato, nisi restituat; non paret, absolvito**, in ius concepta est; at illa formula, q ita concepta est: **Iudex esto. Si paret, Aulum Agerium ap Numerium Negidium mensam argenteam deposuisse eamq dolo malo Numerii Negidii Aulo Agerio redditam non es quanti ea res erit, tantam pecuniam iudex Numerium N gidium Aulo Agerio condemnato; si non paret, absolvit**

in factum concepta est. Similes etiam commodati formulae sunt. (Gai. IV, 47). Vgl. Gai. IV, 60.

γγ) Formulae arbitrariae. §. 14.

§. 3 I. de actionibus 4, 6, Gai. IV, 163.

δδ) Von den vindicationes insbesondere. §. 15.

Gai. IV, 91—95.

Petitoria autem formula haec est, qua actor intendit **rem suam esse.** Per sponsionem vero hoc modo agimus: provocamus adversarium tali sponsione: **Si homo, quo de agitur, ex iure Quiritium meus est, sestertios XXV nummos dare spondes?** deinde formulam edimus, qua intendimus **sponsionis summam nobis dare oportere,** qua formula ita demum vincimus, si probaverimus, rem nostram esse. Non tamen haec summa sponsionis exigitur; nec enim poenalis est, sed praeiudicialis, et propter hoc solum fit, ut per eam de re iudicetur; unde etiam is cum quo agitur, non restipulatur. (Gai. IV, 92—94).

γ) Außerordentliche Bestandteile der formulae.

αα) Fictiones. §. 16.

Gai. IV, 10, 32—38.

1. Item in ea forma, quae publicano proponitur, talis fictio est, ut **quanta pecunia olim, si pignus captum esset, id pignus is a quo captum erat, luere deberet, tantam pecuniam** condemnetur. (Gai. IV, 32).
2. Habemus adhuc alterius etiam generis fictiones in quibusdam formulis, velut cum is qui ex edicto bonorum possessionem petiit, ficto se herede agit; cum enim praetorio iure et non legitimo succedat in locum defuncti, non habet directas actiones, et neque id quod defuncti fuit, potest intendere **suum esse,** neque id quod defuncto debebatur, potest intendere **dari sibi oportere;** itaque ficto se herede intendit, veluti hoc modo: **Iudex esto. Si Aulus Agerius,** id est ipse actor, **Lucio Titio heres esset, tum si fundum, de quo agitur, ex iure Quiritium eius esse pareret;** vel si in personam agatur, praeposita simili fictione intentio ita subiicitur: **tum si paret Numerium Negidium Aulo Agerio sestertium decem milia dare oportere.** Similiter et bonorum emptor ficto se herede agit. (Gai. IV, 34, 35). Vgl. Ulp. XXVIII, 12.
3. [Eiusdem generis est, quae Publiciana vocatur]; datur autem haec actio ei qui ex iusta causa traditam sibi rem nondum usucepit eamque amissa possessione petit; nam quia non potest **eam ex iure Quiritium suam esse** intendere, fingitur rem usucepisse et ita quasi ex iure Quiritium dominus factus esset, intendit hoc modo: **Iudex esto. Si quem hominem Aulus Agerius emit et is ei traditus est, anno possedisset, tum si eum hominem, de quo agitur, eius ex iure Quiritium esse oporteret** et reliqua. (Gai. IV, 36). Vgl. §. 3, 4 I. de action. 4, 6.
4. Praeterea aliquando fingimus adversarium nostrum capite deminutum non esse; nam si ex contractu nobis obligatus obligatave sit et capite deminutus deminutave fuerit, velut mulier per coëmptionem, masculus

per adrogationem, desinit iure civili debere nobis, nec directo in dere licet **dare** eum eamve **oportere**; sed ne in potestate eius ius nostrum corrumpere, introducta est contra eum eamve actio ut rescissa capitis deminutione, id est in qua fingitur capite demin deminutave non esse. (Gai. IV, 38). Vgl. Gai. III, 84, u. vgl. §. 3, 5, 6 I. de action. 4, 6.

ββ) Exceptiones, replicationes u. s. w. §. 17.

Gai. IV, 115—129, Inst. 4, 13 de exceptionibus, 4, 14 de replicationibus

1. Comparatae sunt autem exceptiones defendendorum eorum gratia, c quibus agitur; saepe enim accidit, ut quis iure civili teneat sed iniquum sit eum iudicio condemnari: velut si stipul sim a te pecuniam tamquam credendi causa numeraturus nec num verim; nam eam pecuniam a te peti posse certum est, dare enim oportet, cum ex stipulatu teneris; sed quia iniquum est te eo nom condemnari, placet per exceptionem doli mali te defendi deb Item si pactus fuero tecum, ne id quod mihi debeas, a te pet nihilominus id ipso iure a te petere possum **dare mihi oporte** quia obligatio pacto convento non tollitur; sed placet debere me tentem per exceptionem pacti conventi repelli. (Gai. IV, 116). noch Gai. IV, 117, 121, 122, 124, 126 a; vgl. pr. — §. 5 I. de exc 4, 13.
2. Omnes autem exceptiones in contrarium concipiuntur, quam adfir is cum quo agitur; nam si verbi gratia reus dolo malo aliquid a rem facere dicat, qui forte pecuniam petit, quam non numeravit, exceptio concipitur: **Si in ea re nihil dolo malo Auli Ag factum sit neque fiat**; item si dicatur contra pactionem pec peti, ita concipitur exceptio: **Si inter Aulum Agerium et merium Negidium non convenit, ne ea pecunia peteret** et denique in ceteris causis similiter concipi solet; ideo scilicet, omnis exceptio obiicitur quidem a reo, sed ita formulae inseritur, condicionalem faciat condemnationem, id est ne aliter iudex eum quo agitur condemnet, quam si nihil in ea re, qua de agitur, actoris factum sit, item ne aliter iudex eum condemnet, quam nullum pactum conventum de non petenda pecunia factum erit. (G IV, 119).
3. Exceptio dicta est quasi quaedam exclusio, quae opponi actioni iusque rei solet ad excludendum id quod in intentionem c demnationemve deductum est. (Ulpian. in L. 2 pr. de exc 44, 1).
4. Exceptio est condicio, quae modo eximit reum damnatione, m minuit damnationem. (Paul. in L. 22 pr. eod.).
5. Exceptiones aut perpetuae et peremptoriae sunt, aut temporale dilatoriae. Perpetuae atque peremptoriae sunt, quae semper lo habent nec evitari possunt, qualis est doli mali, et rei iudicatae, si quid contra leges senatusve consultum factum esse dicetur, i pacti conventi perpetui, id est ne omnino pecunia petatur. Ten rales atque dilatoriae sunt, quae non semper locum habent, sed tari possunt, qualis est pacti conventi temporalis, id est ne forte i quinquennium ageretur. Procuratoriae quoque exceptiones dilato

sunt, quae evitari possunt. (Gaius in L. 3 de except. 44, 1). Vgl. Gai. IV, 120—124.

6. Observandum est autem ei cui dilatoria obiicitur exceptio, ut differat actionem; alioquin si obiecta exceptione egerit, rem perdit; nec enim post illud tempus, quo integra re evitare poterat, adhuc ei potestas agendi superest re in iudicium deducta et per exceptionem perempta. (Gai. IV, 123).

7. Interdum evenit, ut exceptio, quae prima facie iusta videatur, inique noceat actori; quod cum accidat, alia adiectione opus est adiuvandi actoris gratia, quae adiectio replicatio vocatur, quia per eam replicatur atque resolvitur vis exceptionis; nam si verbi gratia pactus sim tecum, ne pecuniam, quam mihi debes, a te peterem, deinde postea in contrarium pacti simus, id est ut petere mihi liceat, et si agam tecum, excipias tu, ut ita demum mihi condemneris, **si non convenerit, ne eam pecuniam peterem**, nocet mihi exceptio pacti conventi, namque nihilominus hoc verum manet, etiamsi postea in contrarium pacti simus; sed quia iniquum est me excludi exceptione, replicatio mihi datur ex posteriore pacto hoc modo: **Si non postea convenerit, ut eam pecuniam petere liceret.** Item si argentarius pretium rei, quae in auctione venierit, persequatur, obiicitur ei exceptio, ut ita demum emptor damnetur, **si ei res, quam emerit, tradita esset**, quae est iusta exceptio; sed si in auctione praedictum est, **ne ante emptori traderetur res, quam si pretium solverit**, replicatione tali argentarius adiuvatur: **Aut si praedictum est, ne aliter emptori res traderetur, quam si pretium emptor solverit.** (Gai. IV, 126). Vgl. pr. I. de replicat. 4, 14.

8. Interdum autem evenit, ut rursus replicatio, quae prima facie iusta sit, inique reo noceat; quod cum accidat, adiectione opus est adiuvandi rei gratia, quae duplicatio vocatur. Et si rursus ea prima facie iusta videatur, sed propter aliquam causam inique actori noceat, rursus ea adiectione opus est, qua actor adiuvetur, quae dicitur triplicatio. Quarum omnium adiectionum usum interdum etiam ulterius, quam diximus, varietas negotiorum introduxit. (Gai. IV, 127—129). Vgl. §. 1—3 I. de replic. 4, 14.

γγ) Praescriptiones. §. 18.

Gai. IV, 130—137.

1. Videamus etiam de praescriptionibus, quae receptae sunt pro actore. Saepe enim ex una eademque obligatione aliquid iam praestari oportet, aliquid in futura praestatione est, velut cum in singulos annos vel menses certam pecuniam stipulati fuerimus; nam finitis quibusdam annis aut mensibus huius quidem temporis pecuniam praestari oportet, futurorum autem annorum sane quidem obligatio contracta intelligitur, praestatio vero adhuc nulla est; si ergo velimus id quidem, quod praestari oportet, petere et in iudicium deducere, futuram vero obligationis praestationem in incerto relinquere, necesse est ut cum hac praescriptione agamus: **Ea res agatur cuius rei dies fuit**; alioquin si sine hac praescriptione egerimus ea scilicet formula, qua incertum petimus, cuius intentio his verbis concepta est: **Quidquid paret Numerium Negidium Aulo Agerio dare facere**

oportere, totam obligationem, id est etiam futuram in hoc iudi
deducimus. (Gai. IV, 131).

2. Sed his quidem temporibus, sicut supra quoque indicavimus, o
praescriptiones ab actore proficiscuntur; olim autem quaedam et
reo opponebantur, qualis illa erat praescriptio: **Ea res agatur,
in ea re praeiudicium hereditati non fiat**, quae nunc in
ciem exceptionis deducta est et locum habet, cum petitor hereditatis
genere iudicii praeiudicium hereditati faciat, velut cum res sin
petat. (Gai. IV, 133),

b) Gang der Verhandlungen in iure. §. 19.

c) Interdicte. §. 20.

Gai. IV, 138—170, Inst. 4, 15 de interdictis.

C) Litis contestatio. §. 21.

1. Contestari est, cum uterque reus dicit: **Testes estote.** — Co
testari litem dicuntur duo aut plures adversarii, quod ordin
iudicio utraque pars dicere solet: **Testes estote.** (Festus s.
contestari).

2. Tollitur adhuc obligatio litis contestatione, si modo legitimo iud
fuerit actum; nam tunc obligatio quidem principalis dissolvitur, i
pit autem teneri reus litis contestatione; sed si condemnatus sit, s
lata litis contestatione incipit ex causa iudicati teneri. Et hoc
quod apud veteres scriptum est: ante litem contestatam dare debi
rem oportere, post litem contestatam condemnari oportere, post c
demnationem iudicatum facere oportere. (Gai. III, 180).

3. Legitima sunt iudicia, quae in urbe Roma vel intra primum u
Romae miliarium inter omnes cives Romanos sub uno iudice a
piuntur; eaque e lege Iulia iudiciaria, nisi in anno et sex mensi
iudicata fuerint, exspirant, et hoc est, quod vulgo dicitur, e lege I
litem anno et sex mensibus mori. Imperio vero continentur recu
ratoria et quae sub uno iudice accipiuntur interveniente peregrini
sona iudicis aut litigatoris; in ea causa sunt quaecumque extra
mum urbis Romae miliarium tam inter cives Romanos quam i
peregrinos accipiuntur; ideo autem imperio contineri iudicia dicun
quia tamdiu valent, quamdiu is qui ea praecepit, imperium hab
(Gai. IV, 104, 105).

4. Et si quidem imperio continenti iudicio actum fuerit, sive in
sive in personam, sive ea formula, quae in factum concepta
sive ea, quae in ius habet intentionem, postea nihilominus ipso
de eadem re agi potest, et ideo necessaria est exceptio rei iudic
vel in iudicium deductae. At vero si legitimo iudicio in perso
actum sit ea formula, quae iuris civilis habet intentionem, postea
iure de eadem re agi non potest, et ob id exceptio supervacua
si vero vel in rem vel in factum actum fuerit, ipso iure nihilom
postea agi potest, et ob id exceptio necessaria est rei iudicatae
in iudicium deductae. Alia causa fuit olim legis actionum, nam
de re actum semel erat, de ea postea ipso iure agi non poterat;
omnino ita, ut nunc, usus erat illis temporibus exceptionum. (G
IV, 106—108). Vgl. Gai. III, 180, 181.

5. Superest ut dispiciamus, si ante rem iudicatam is cum quo agitur, post acceptum iudicium satisfaciat actori, quid officio iudicis conveniat, utrum absolvere, an ideo potius damnare, quia iudicii accipiendi tempore in ea causa fuit, ut damnari debeat. Nostri praeceptores absolvere eum debere existimant, nec interesse, cuius generis sit iudicium; et hoc est, quod volgo dicitur: Sabino et Cassio placere, omnia iudicia esse absolutoria . . . (Gai. IV, 114).

D) Verhandlungen in iudicio. §. 22.

E) Das Urteil. §. 23.

1. Omnium autem formularum, quae condemnationem habent, ad pecuniariam aestimationem condemnatio concepta est; itaque et si corpus aliquod petamus, velut fundum, hominem, vestem, aurum, argentum, iudex non ipsam rem condemnat eum cum quo actum est, sicut olim fieri solebat, sed aestimata re pecuniam eum condemnat. (Gai. IV, 48).
2. Res iudicata pro veritate accipitur. (Ulp. in L. 207 de R. I. 50, 17).
3. Iulianus libro III Digestorum respondit, exceptionem rei iudicatae obstare, quoties eadem quaestio inter easdem personas revocatur. (Ulpian. in L. 3 de exc. rei iud. 44, 2).

F. Von einigen besondern Punkten.

1) Stellvertreter der Parteien. §. 24.

Gai. IV, 82—87, Inst. 4, 10 de his per quos agere possumus.

1. Qui autem alieno nomine agit, intentionem quidem ex persona domini sumit, condemnationem autem in suam personam convertit; nam si verbi gratia Lucius Titius pro Publio Mevio agat, ita formula concipitur: **Si paret Numerium Negidium Publio Mevio sestertium X milia dare oportere, iudex Numerium Negidium Lucio Titio sestertium X milia condemna; si non paret, absolve;** in rem quoque si agat, intendit **Publii Mevii rem esse ex iure Quiritium,** et condemnationem in suam personam convertit. (Gai. IV, 86). Vgl. Gai. IV, 87.
2. Cognitor autem certis verbis in litem coram adversario substituitur; nam actor ita cognitorem dat: **Quod ego a te** verbi gratia **fundum peto, in eam rem Lucium Titium tibi cognitorem do;** adversarius ita: **Quandoque tu a me fundum petis, in eam rem Publium Mevium cognitorem do;** potest, ut actor ita dicat: **Quod ego tecum agere volo, in eam rem cognitorem do;** adversarius ita: **Quandoque tu mecum agere vis, in eam rem cognitorem do;** nec interest, praesens an absens cognitor detur; sed si absens datus fuerit, cognitor ita erit, si cognoverit et susceperit officium cognitoris. (Gai. IV, 83).

2) Beistände der Parteien. §. 25.

3) Proceßcautionen. §. 26.

Gai. IV, 88—102, pr., §. 1 I. de satisdationibus 4, 11.

4) Verfahren gegen Widerspenstige und Abwesende. §. 27.

[Sunt etiam interdicta duplicia] tam adipiscendae, quam recuperandae possessionis, qualia sunt interdicta **Quem fundum** vel **Quam here-**

ditatem. Nempe si fundum vel hereditatem ab aliquo petam, lis defendatur, cogitur ad me transferre possessionem, sive nunq possedi, sive antea possedi deinde amisi possessionem. (Ulp fr. Vindob.).

5) Mittel gegen leichtsinniges oder böswilliges Processiren. §. 28.
Gai. IV, 171—182.

6) Praetoriae stipulationes und missiones in possessionem. §. 29.
Vgl. Inst. 3, 18 de divisione stipulationum.

II. Extraordinaria cognitio. §. 30.

Lis tunc contestata videtur, quum iudex per narrationem negotii sam audire coeperit. (Sever. et Antonin. in L. un. C. de L 3, 9). Vgl. L. 14 §. 1 C. de iudiciis 3, 1.

Drittes Kapitel.
Rechtsmittel und Execution.

I. Rechtsmittel. §. 31.

II. Execution. §. 32.

Sic enim sunt, opinor, verba legis: **Aeris confessi rebusque i iudicatis triginta dies iusti sunto. post deinde manus i ctio esto. in ius ducito. ni iudicatum facit aut quis endo iure vindicit, secum ducito, vincito. aut nervo aut com dibus quindecim pondo ne minore aut, si volet, maiore cito. si volet suo vivito. ni suo vivit, qui em vinctum ha bit, libras farris endo dies dato; si volet, plus dato.** autem ius interea paciscendi, ac nisi pacti forent, habebantur in culis dies sexaginta. Inter eos dies trinis nundinis continuis ad p torem in comitium producebantur, quantaeque pecuniae iudicati ess praedicabatur. Tertiis autem nundinis capite poenas dabant aut t Tiberim peregre venum ibant. Sed eam capitis poenam sancien sicut dixi, fidei gratia, horrificam atrocitatis ostentu novisque ter bus metuendam reddiderunt. Nam si plures forent, quibus reus e iudicatus, secare, si vellent, atque partiri corpus addicti sibi hon permiserunt. Et quidem verba ipsa legis dicam, ne existimes, diam me istam forte formidare. **Tertiis,** inquit, **nundinis pa secanto. si plus minusve secuerunt, se fraude esto.** (G lius XX, 1).

Zweiter Abschnitt.
Der römische Civilproceß in der christlichen Kaiserzeit.

I. Einleitung. §. 33.

II. Die Gerichtsverfassung.

1) Die einzelnen Gerichtsbehörden. §. 34.

2) Sonstiges Gerichtspersonal. §. 35.

III. Grundzüge des Verfahrens. §. 36.

Gebauer-Schwetschke'sche Buchdruckerei in Halle.

Gebauer-Schwetschke'sche Buchdruckerei in Halle.

